



## PILULÆ.

## PILULÆ PURGANTES.

---

 PILULÆ STOMACHICÆ,  
 VULGO ANTE CIBUM.

**Rx.** Aloës optimæ, drachmas sex,  
 Mastiches,  
 Rosarum rubrarum, ana drachmas duas.  
 Cum unciâ unâ succi Absinthii ex pauco melle in Syrupi  
 crassitudinem cocti, fiat massa.

## PILULÆ ALOETICÆ EMOLLIENTES.

**Rx.** Aloës optimæ succo violarum lotæ, drachmas sex,  
 Seminis Malvæ,  
 Radicis Glycyrrhizæ,  
 Bismalvæ, pulveratorum ana drachmas duas.  
 Cum sufficienti quantitate Syrupi de Pomis compositi, fiant  
 Pilulæ.

## PILULÆ RUFI.

**Rx.** Aloës optimæ, uncias duas,  
 Myrrhæ, unciam unam,  
 Croci, unciam semis,  
 Cum Syrupo de Absinthio, vel vino Malvatico fiat massa.

PILULÆ

PILULÆ DE SAGAPENO.

℞ Lacrymarum Sagapeni, drachmas sex.  
 Ammoniaci, drachmas tres.  
 Extracti Colocynthidos, unciam unam.  
 Diacrydii, semiunciam.  
 Salis Gemmei, drachmam unam & semis.  
 Cum Syrupo violato fiat massa.

PILULÆ SINE QUIBUS.

℞ Aloës optimæ, unciam unam &  
 drachmas sex.  
 Scammonii, drachmas sex cum semisse.  
 Myrobalanorum omnium,  
 Rhei electi,  
 Mastiches,  
 Absinthii vulgaris,  
 Rosarum rubrarum,  
 Seminis Violarum,  
 Sennæ mundatæ,  
 Agarici trochiscati,  
 Cuscutæ, ana drachmam unam.  
 Cum Syrupo de Mentâ fiat massa.

PILULÆ IMPERIALES,  
 SEU CATHOLICÆ.

℞ Aloës optimæ,  
 Foliorum orientalium mundatorum, ana  
 unciam unam semis.  
 Rhei electi,  
 Agarici trochiscati, ana unciam unam.  
 Mastiches, drachmas duas.  
 Cinnamomi, drachmam unam.  
 Zingiberis,  
 Caryophyllorum,  
 Nucis Moschatæ, ana scrupulos duos.

○

Cum Syrupo Rosarum pallidarum fiat massa. Uneiæ cuiilibet admisceri debet

Scammonii crudi, drachma semis,

PILULÆ MERCURIALES.

**Rx.** Rhei electi,  
Trochiscorum alhandal,  
Diacrydii, ana unciam unam.  
Mercurii crudi ex Cinnabari redivivi, uncias duas.  
Terebinthinæ Venetæ oleo Terebinthinæ stillatio dilutæ  
quantitatem sufficientem, fiat massa secundum artem.

PILULÆ COCCIÆ.

**Rx.** Pulveris Hieræ simplicis, unciam unam &  
drachmas duas.  
Trochiscorum alhandal, drachmas tres &  
scrupulum unum.  
Diacrydii, drachmas duas.  
Turpethi,  
Stoëchados, ana drachmas quinque.  
Cum Syrupo de Stoëchade fiat massa.

PILULÆ SIVE EXTRACTUM RUDII.

**Rx.** Pulpæ Colocynthidos, drachmas sex,  
Agarici,  
Scammonii,  
Radicis Hellebori nigri,  
Turpethi, ana semiunciam.  
Aloës soccorinæ, unciam unam.  
Cinnamomi,  
Macis,  
Caryophyllorum, ana scrupulos duos.  
Colocynthis seminibus purgata minutim incidatur, Agaricus  
radulâ comminatur, Helleborus, Turpethum, & aromata  
crassiusculè terantur; affusisque spiritûs vini optimi unciis

sexdecim, blando calore, in vase clauso per quatrimum macerentur; tum facta colatura, & expressione valida, solvantur in eadem Scammonium & Aloë nitida, & prius optimè selecta. Peracta solutione, indatur liquor alambici vitreo, & distilletur Balneo-maris, donec remaneat materia densa instar mellis, quæ tandem vase aperto & Balneo-maris ad extracti spissitudinem vaporetur.

PILULÆ ANGELICÆ.

**Rx.** Succorum depuratorum Cichorii,  
 Endiviæ,  
 Buglossi,  
 Borriginis  
 Lupuli,  
 Fumariæ, ana uncias quatuor.

Rosarum Damascenarum, libram unam.

In iis dissolve Aloës foccotorinæ pulveratæ, libram unam. Macera lento igne per aliquot horas, vaporent agitando diligenter ad consumptionem succorum. Sub finem adde hoc infusum

**Rx.** Pulverum Rhabarbari electi, unciam unam.  
 Agarici trochiscati, unciam semis.  
 Cinnamomi, drachmas duas.

Vini albi optimi, uncias octo.

Infunde per viginti-quatuor horas. Exprime fortiter, & adde Syrupi Rosati solutivi uncias duas. Hoc infusum cum Aloë superius insuccatâ vaporet ad consistentiam Pilularum.

PILULÆ FOETIDÆ MAJORES,

**Rx.** Sagapeni,  
 Assæ foetidæ,  
 Ammoniæ,  
 Opopanacis,  
 Bdellii,  
 Trochiscorum alhandal,  
 Seminis Rutæ,  
 Aloës foccotorinæ,

O ij

Epithymi, ana drachmas quinque  
 Turbith electi, semiunciam.  
 Diacrydii, drachmas tres.  
 Radicis Esulæ,  
 Hermodactylorum, ana drachmas duas.  
 Zingiberis, drachmam unam & semis.  
 Cinnamomi,  
 Myrrhæ,  
 Spicæ - Nardi,  
 Croci,  
 Castorei, ana drachmam unam.

Omnia pulverata excipiantur sufficienti quantitate Syrupi  
 de Pomis compositi. Fiat massa.



## PILULÆ ALTERANTES.

### PILULÆ HYPNOTICÆ.

**Rx** Laudani, unciam unam,  
 Croci pulverati,  
 Specierum Diamargariti frigidi,  
 Confectionis de Hyacintho, ana  
 drachmas duas.  
 Succini,  
 Coralliorum rubrorum præparatorum, ana  
 drachmam unam.

Misceantur omnia cum Syrupi de Nymphæâ sufficienti  
 quantitate, fiat massa secundum artem.

### PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

**Rx** Radicis Cynoglossi siccæ,  
 Seminum Hyoscyami albi,  
 Laudani, ana unciam semis.  
 Myrrhæ optimæ, drachmas sex.  
 Thuris masculi, drachmas quinque.  
 Croci,